

Sicque ostensum est, quomodo omnia, quae in scriptura continentur, aut spectant ad Dei intrinsecam perfectionem, aut ad tuam perfectionis regaliam per operationum eius multiplicitatem, quia per quandam appropriationem potentia maxime relecta in creatione, sapientia in administratione, misericordia in restauracione, & sanctificazione, iustitia in reprobatione damnationis, bonitas in fluentia in electorum glorificatione. Idem sic probabo: Tota scientia virtualiter est in principijs, sed articuli fidei sunt principia huius scientie, ergo tota scientia ista virtualiter est in articulis fidei. Quod ergo est subiectum articulorum, est subiectum huius scientie: Deus autem est subiectum articulorum, ut paruit in praecedentibus. Hec Richardus.

*Aegidius Romanus,  
theologus  
& meta-  
physicus de  
um diuer-  
sum mode co-  
fiderant,*

Porro Aegidius de his scribit prolixè, inter cetera dicens: Theologia, & metaphysica sunt deo non sub eadem ratione, sed metaphysica cum sit communis scientia, ideo habens pro obiecto, ens secundum quod ens, ideo tractat deo sub modo communis, secundum quod ens, & vniuersalis entitatis causa. Theologia autem, cum sit specialis scientia principaliter intendens deo, habet pro obiecto Deum sub speciali aliqua ratione, que potest esse, in quantum est principium nostrae restauracionis, ac consummatio nostra glorificationis. Hinc positio dicendum, quod Deus est subiectum in theologia, magis accedit ad propriam rationem subiecti, non tamen sufficiens assignat subiectum: quia nunquam assignatur subiectum aliquod in scientia nisi sub aliqua ratione, alter est confusio in scientiis, cum plures scientiae determinent eodem. Ideo quāminus Deus, sit principaliter intentus in theologia, & sub ratione ipsius alia inducuntur in ea, non tamen sufficiens dicere, quod Deus sit subiectum in ea, nisi addatur ei aliqua specialis ratio, ut principium nostra restauracionis, & consummatio nostra glorificationis: quia sub illa ratione subiectum principalius consideratur in scientia, sub qua eius cognitio principaliter intenditur in eadem: sed in theologia principaliter intendimus Deum cognoscere, ut nostrum restauratorem, & glorificatorem. Hec Aegidius. ¶ Cuius verbi accipitur, quod secundum eum Deus est subiectum in theologia, in quantum saluator & glorificator, quod ab aliquo, ut tangit inferius, improbat. Porro doctor irrefragabilis Alexander, de his comprehendissime ait: Theologia est scientia diuina substantia cognoscenda per Christum in operis reparacionis, sic & materia de qua diuinus fieri pura secundum rationem operationis, est opus reparacionis humani generis; materia vero secundum rationem uirtutis, est Christus, materia autem eius cognitionis principaliter intenditur in eadem: sed in theologia principaliter intendimus Deum cognoscere, ut nos restauratorem, & glorificatorem, potest esse.

*Dionysius*

*Hales*

*Materia  
theologie  
triplex.*

*Scotus.*

contineat virtualiter in se omnes theologicas veritates, non tam vt nobis notas: nec ipse ut sic, a nobis cognoscitur. Quapropter cum conceptus perfectissimus post conceptum deitatis, sit entis infiniti conceptus, quia infinitus est modus intrinsecus deitatis, & ita conceptus queat haberi a nobis in statu presenti, quoniam infinitatem Aristoteles probat per immotore, 8. physorum, arq; de prima causa 12. metaphysicis, attribuimus ens infinito continere veritates huius scientie, vt nobis notas, & ut est faciens euidentiam veritatis, vt in nobis Infuper, sicut Scotus tangit, & eius sequaces clarissimi dicunt, Deus cognoscitur quadrupliciter, p. sicut & homo. Potest in homo secundum quid dictatum ratione componi, videlicet in quantum animal ratione, secundum in communis, in quantum animal: tertio per accidentes, secundum quod animal mansuetum, sociale, civile: quartu, respectu aliorum, videlicet animal dignissimum. Proportionabilitate potest Deus cognosci. Primo, secundum rationem deitatis, vt haec natura, secundo, in communis, vt ens diuini: tertio, quasi per accidentem, in quantum iustus, & sapiens: quartu, per respectum ad extra, in quantum causa, & gubernator. Quidam ergo dixerunt, quod Deus primo modo est theologia subiectum, ut paruit. Alij, quod secundum modo, in quantum ens infinitum, sicut Henricus de Gandavo in Summa, cui (vt tacitum est) videtur con sentire Scotus. Tertio, quod tertio modo, puta vt bonus, quemadmodum Guero, Quartu, quod quartu modo, ut p. sicut & glorificator, sicut Aegidius. Cōtra cuius positionē sic arguit Scotus: Quia respectus est enī rationis, cū ergo formalitatis habitus sumat a formalitate obiecti, theologia hoc modo efficit habitus atq; scia rationis, vel logica. Secundo, quia conceptus essentie, & respectus ad extra, non faciunt unum conceptum per se, sed per accidentes: sed nulla scia prima seu non subalternata, habet conceptum a accidentibus primo obiecto, qm̄ sola scia subalternata est talis: ergo essentia cum respectu non facit unum subiectum. Tertio, quia respectus absolutus est prior respectu respectu. Si ergo theologia efficit deo respectu, efficit alia prior deo absolute.

*Aristoteles.*

*Hoīem d.  
drupliciter  
potest  
cognoscitur.*

*Guerre*

*Dionysius  
contra  
Scotum*

*Deo non  
efficit  
theologie  
sub ratio  
finiti,*

¶ Circa bac verba Scoti multa possent induci, & qui vellet teneri Aegidium, dicere posset, qm̄ quāminus respectus seu relatio Dei ad extra, siens rationis, tamen in creatura correpondet ei realis relatio, & in reali actione fundatur. Saluator enim, & glorificator realis quid dicuntur, non enī rationis duntaxat. Idcirco deo, vt saluator, & glorificator, potest esse realis scientia. ¶ Insuper mirum videatur, quod doctor ille subtilis affirmit Deum sub ratione entis infiniti potius esse obiectum nostrae theologie, quam sub ratione deitatis, quam prima facie, imo & cunctis communiter, certius sit Deum esse. ¶ Iple summa effectio sua natura, quam quād ipse sit infinitus. Imo multi boni, simplicesq; fidèles, interrogati an Deus sit summa substantia, prima veritas, pura bonitas, & utrum sit sapientia, omnipotens, & perfectus, protinus indubie responderent, qm̄ imo, si vero interrogarentur an Deus sit infinitus, forsitan scirent, quid responderent, et quia ignorant qualiter Deus dicatur, & sit infinitus. Denique scit Dei conceptus aprius, & perfectus non potest a nobis haberi in statu isto, quia perphantasia intelligimus, ita nec conceptus entis infiniti: imo infinitum secundum quod tale est incomprehensibile, praeferimus infinitum perfectionalem actualiter, arque formaliter. Proprius quo dū supergloriosissimus Deus sibi soli perfecte comprehendibilis perhibetur. Hinc inter omnes possit-

tio-